



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. j



I. N. J.
DISPUTATIO XX.
**SELECTARUM
THESIUM
JURIS CERTI & CON-
TROVERSI**

Ex Tit. J. d. Actionibus eique Titulis
π. C. Just. Theod. βασιλικ. & ἱ. respondentibus.

Quam
PRÆSIDE
**JOHANNNE CHRISTO-
PHORO Bolk /**
J. U. D. & P. Secund.

HENRICUS Ketch /
Regiom. Prusf.
RESPONDENS
publicè defendet
IN AUDITORIO MAJORI
A. clō. lōc. LXXXII.

**REGIOMONTI,
PRÆLO REUSNERIANO.**



VIRIS

PræNobilissimo, Excellentissimo, atq; Consultissimo
DN. HIERONYMO Schimmelpfen-
ning/ J. U. D. longe celeberrimo, nec non Se-
renis. Elect. Brandenb. Consiliario, ac Supremi Appel-
lationum Judici Assessori gravissimo, & Xenodochii Electora-
lis Magistro vigilantissimo.

ut &

Nobilissimo, Excellentissimo atq; Experientissimo
DN. JOHANNI HENRICO Starden/
Phil. ac Medic. Doctori celeberrimo, ejusdem-
que Facultatis Adjuncto & P. P. extraordinario dignissimo,

Nec non

Nobilissimis, Amplissimis, ac Consultissimis
DN. CHRISTOPHORO Höpner/
Inclytæ Lœbnicensium Reipublicæ Senatori
gravissimo,

DN. ANDREÆ Ladebach /
Inclytæ Reipubl. Lœbnic. Secretario meritif-
simo, & Venerandi Consistorii Sambienfis Advocato ordinario
famigeratissimo.

*Dominis Affinibus & Avunculo omni honoris
cultu æternum prosequendis hanc Disputatio-
nem, eâ qua par est, devotione sacram
esse voluit, debuit*

Respondens.



I.

Itulo J. de Actionibus respondent π. L. 44. T. 2. L. 6. T. 1. L. 8. T. 5. L. 10. T. 4. L. 40. T. 12. L. 6. T. 2. L. 4. T. 6. L. 42. T. 9. L. 40. T. 14. L. 25. T. 3. L. 12. T. 2. L. 2. T. 1. L. 2. T. 4. § 7. L. 19. T. 1. § 2. L. 6. T. 3. L. 17. T. 2. § 1. L. 45. T. 1. L. 13. T. 6. L. 17. T. 3. L. 13. T. 7. L. 19. T. 5. L. 12. T. 4. § 5. L. 20. T. 1. L. 12. T. 6. § 7. L. 27. T. 3. § 4. L. 13. T. 5. L. 3. T. 5. L. 12. T. 7. L. 47. T. 2. § 3. L. 13. T. 1. L. 25. T. 2. Lib. 47. T. 7. L. 6. T. 2. L. 19. T. 5. L. 39. T. 3. L. 47. T. 8. § 9. L. 11. T. 3. L. 4. T. 2. § 3. L. 2. T. 3. L. 13. T. 4. Cod. Justin. lib. 3. Tit. 32. 34. L. 7. T. 16. L. 2. T. 54. L. 7. T. 75. L. 4. T. 49. 65. 66. 37. 35. L. 8. T. 38. L. 4. T. 30. 23. 34. 24. 64. 6. 7. 5. 9. 58. L. 4. T. 18. L. 3. T. 19. 44. L. 4. T. 8. L. 5. T. 21. L. 3. T. 35. L. 9. T. 33. L. 6. T. 2. L. 2. T. 20. § 21. L. 5. T. 13. L. 3. T. 8. C. Theodos. L. 2. T. 23. Lib. 4. Tit. 8. Lib. 3. Tit. 4. Lib. 2. Tit. 1. In Libb. βασιλ. Tituli D. repetuntur. ✕ Lib. 2. Tit. 24.

II. Continetur in his Titulis I. definitio *pr. j. de Act. lege 51. π. d. O. § A. 2.* Divisio & quidem α. A materiâ §. 1. 2. 14. 15. 20. *j. d. Act. t. t. π. C. I. Th. § βασιλ. d. R. V, t. t. π. § βασιλ. Ad Exhib. t. t. π. C. j. Th. § βασιλ. d. Liberali caus. t. t. π. § βασιλ. Si ing. es. dic. t. t. π. C. § βασιλ. d. Cond. Indeb. Sin. caus. Caus. dat ca. non sec. Ob turp. vel inj ca. § Fur. β. A. Causa efficiente §. 3. § seqq. usque ad 13. inclusive j. d. t. t. π. § βασιλ. de Publ. in Rem. Act. t. t. π. C. § βασιλ. Ex quibus ca. maj. t. t. π. § βασιλ. Quæ in fr. Cred. fa. t. t. C. d. Rev. iis qv. t. t. π. § βασιλ. d. Agnosce. vel al. Lib. t. t. π. C. § βασιλ. d. Constit. pec. t. t. π. § βασιλ. nec non ✕ de Jurej. l. 7. π. d. Jurisd. t. t. π. § βασιλ. d. In jus voc. t. t. π. § βασιλ. Ne quis eum qv. in jus voc. vi ex. γ. A. Fine §. 16. 17. 18. 19. 20. *j. d. t. t. π. C. § βασιλ. Quod met. ca. t. t. π. C. I. Th. § βασιλ. d. Dol. t. t. π. § C. d. Act. Rer. A. mot. t. t. π. § βασιλ. Si quis jus dic. non obtemp. t. t. π. & βασιλ. d. Vibon. rapt. t. t. π. § βασιλ. d. Incend. ruin. nauf. t. t. π. C. I. § Theod. d. Aedilit. Edict. § Redhib. § quant. min. Δ. A Quantitate Rei in Actionem deductæ §. 21. usque ad §. 27. *j. d. t. t. π. § βασιλ. d. Furt. t. t. π. C. § βασιλ. Ad L. Aquil. t. t. π. C. § βασιλ. d. Serv. Corr.***

A 3

E.A.



e. A Qualitate §. 28. 29. 30. 31. j. d. t. t. π. C. j. & βασιλ. d. Actio-
nibus Empti Venditi, Locati Conducti, Si Ag. vectigi. e. Emphyt. pet.
Pro Soc. Mand. vel cont. N. G. Tutela Commodati Pignoratitia F.
E. C. D. Præscr. Verb. Rer. permut. Æstimatoria d. H. P. l. 14. π. d.
Relig. & Sumpt. t. t. C. d. R. U. A. t. t. π. C. & βασιλ. d. V. O. seu de
contrab. vel comm. Stip. l. 1. π. d. Eo quod. cert. l. un. C. ubi conu. qu.
cert. loc. §. Ab incerta quantitatis petitione §. 36. j. d. Act.

III. Actio ab agendo dicta generali significatu complectitur
& histrionum actiones. In Jctorum verò scriptis adeas contracta
est significatio actionis, quæ ad jus pertinent seu ad ritus Jure Ci-
vili receptos veluti nexum, emancipationem, manumissionem per vin-
dictam, cessionem in jure Testamentum per æs & libram & alias Legis
Actiones, quibus l. XII. Tabb. certam præscripsit formam, quibusve
eodem tempore compositis homines inter se disceptabant l. 2. §. 6.
d. O. 7. Diversa tamen est & in Jure acceptio hujus vocis, latissimè
includit cognitiones extraordinarias quales sunt persecutiones sala-
riorum, quæ Professoribus, Advocatis Medicis Ludimagistrisve de-
bentur si per stipulationis cautionem scil. non fuerint promissa l. 1.
§. 1. 5. 6. & 10. π. d. Extr. Cogn. honorariorum petitiones d. §. 10.
Restitutiones minorum ex causa ætatis l. 24. §. fin. π. d. Min. Jure
Veteri Fidei C. persecutiones l. 178. §. 2. d. V. S. extraordinarium re-
medium filio injuria à parente affecto à prætore datum l. 5. pr. & §.
12. d. Agnosce. & Al. lib. l. 19. d. R. N. Interdicta l. 1. 2. Cod. d. interd.
Jussum de cavendo prætoriâ stipulatione t. t. π. d. damn. inf. Implo-
ratio officii Judicis ut collatio fiat l. 1. §. 10. π. d. Collat. l. 8. C. eod.
Hæ prætorix cognitiones latissimè acceptâ Actionis voce continen-
tur l. 34. d. V. S. l. 178. §. 2. eod. l. 37. π. d. O. & A. Includit etiam Ac-
cusationem criminalem l. 1. π. stellion. t. t. C. Quand. civil. Act. præ-
jud. l. 15. §. 3. Ad SC. Turpil. N. 6. c. 2. Exceptiones l. 1. d. Except. l.
19. d. prob. actus legitimos l. 4. π. d. Off. Pro C. l. 4. d. Adopt. l. 1. d. Of-
fic. Jurid. & quodvis factum l. 3. §. 12. π. d. Don. int. Vi. & Ux. Auth.
hoc jus C. d. SS. Eccles. Latè includit omnes postulationes civiles
ordinarias sive in Rem sive personam l. 25. pr. π. d. O. & A. pr. j. d.
Act. l. 178. §. 2. d. V. S. Strictè tantum significat actiones in perso-
nam l. 28. π. d. O. & A. l. 178. d. §. 2. d. V. S. quæ à petitionibus & persecu-
tionibus distinguuntur l. 49. inf. π. d. V. S. l. 18. §. 1. d. Accept. §. 2. j. Quib.
mod. soll. Obl. In mediâ significatione definitur Actio per Jus pr. j. d.
Act.

Ad. Hottomannus ad j. & Verborum juris Commentario contra d. pr. j. § l. 51. π. d. O. & A. definit Actionem per formulam Jctorum & Pragmaticorum excogitatam, seu verborum conceptionem quibus judicium à Prætorè certâ de causâ postulatur. Nemo enim ignorat formulam quâ Prætor in dando judicio utebatur Actionem appellari, veluti cum sic loquitur: L. Octavius judex esto. Si pateret fundum Capenatem P. Servilii esse, neq; is fundus ei à Sempronio restitueretur, tum Sempronius damnetur quam formulam Cic. Verr. 4. commemorat, ubi sic scribit: Edixit se se judicium injuriarum non daturum: ipsi autem nullius actionem rei sese daturum. Tametsi dubitari posset ait Hottom. ad j. quam ob rem Actionem quæ formula esset, dixisset esse Jus: quod ab illo pinguius esse factum arbitratur, hac de causa ut simul extraordinarias actiones comprehenderet, quæ propriè persecutiones appellantur d. §. l. pecunie 178 D. d. V. S. nam in illis formularum conceptio non observatur l. actio 47. §. 1. D. d. N. G. Hæc vero sententia non injuria displicet Bachovio in pr. j. d. Act. Nam qui contrahit statim Actionem acquirit id est jus agendi qui dominium habet, habet etiam Jus agendi in Rem, quodocunque amiserit possessionem. Nec Actio in exercitio & in judicium deducta propriè loquendo formula est, quemadmodum nec emancipatio aut quævis mancipatio manumissio aditio hæreditatis formulæ erant sed actus qui per certas formulas expediebantur. Unde constat actionem esse jus seu facultatem legitimam quatenus in creditoris personâ est radicata non ut actu intentata persequendi in judicio non vi privatâ l. 13. π. Qu. met. ca. l. pen. & ult. π. Ad. l. Jul. d. Vi priv. l. 176. π. d. R. 7. quod sibi debetur quodcumq; jure sive reali, sive personali l. 178. §. 3. V. S. Estque origine suâ Juris Gentium; Nec enim invenitur Resp. quæ non suas habeat actiones quibus Cives ad solvendum debitum cogat. Cum enim obligatio naturalis solâ honestate obstringat, & pauci reperti fuerint qui conscientie jussu ducti debitum redderent, Legislatores coacti fuerunt in Rep. Leges conscribere, ut obligationes firmæ & inde actiones natæ sint. Non tamen omnibus obligationibus hunc tribuerunt effectum ut semper ex iis nascatur Actio, ita multæ obligationes provenerunt ex Jure Gentium quæ Actione destituuntur l. 10. d. O. & A. l. 16. §. 4. de Fidejuss. Nec apud omnes Gentes eodem modo instituuntur & finiuntur actiones ideo Actiones quoad receptum

in quavis Republ. modum procedendi, easque instituendi vel finiendi sunt *Juris Civilis*. Nec obstat *causatum* Actiones scil. ei Juri nempe Juri Gentium adscribendas esse, cui adscribuntur Obligationes §. 2. j. d. I. N. G. & C. l. 5. π. d. 7. & 7. Ejus etenim est *Juris causatum* cujus est *causa*, quâ *causa*, non quâ alium habet respectum. Quâ enim extra *Correlationem* consideratur illâ res, prorsus falsa est regula; Sic Deus qua causa mundi cum istò simul intelligitur non prior; Sutor qua calceum efficit, non est prior eodem, non tamen sequitur Ergo Deus simpliciter non est prior mundo nec Sutor citra hoc *causatum* consideratus prior calceo est. Ita neque sequitur de obligatione naturali è quâ *Jus Civile* Actionem educit, eam Actione non esse priorem, vel ultra Obligationes *Juris Naturalis* non superesse quasdam quæ *Jure Civili* & Actione munitæ non sunt l. 25. §. 11. d. P. H. l. 54. §. 2. d. Furt. Riem. Decad. 13. q. 1.

I V. *Actio in Rem* quæ & *petitio* l. 28. d. O. & A. l. 178. π. d. V. S. *Civilis* est *Rei Vindicatio* dicta à vindicando h. e. liberando & asserendo de jure & manu possessoris *A. Gell.* 20. N. A. 9. *Briffon.* 5. *form. Pop. Rom. qua rem corporalem mobilem vol immobilem jure Domini à quovis possessore petimus*, Ex parte Actoris requiritur dominium l. 23. d. R. V. Ex parte Rei possessio l. 1. C. d. Al. jud. mut. sub quâ & nuda detentio comprehenditur *arg.* l. 9. π. d. R. V. Imò & qui se sponte liti obtulit aut dolo malo l. 25. 27. π. eod. sive ante sive post litem contestatam possidere desit l. 27. §. 3. d. R. V. l. 1. §. fin. d. *Tign. junct.* Estq; vel *directa* soli competens domino qui *Jure G.* aut *C.* dominium sibi acquisivit l. 23. pr. d. R. V. l. f. C. eod. Etiam uxori in cujus dominio dos permansit l. 30. C. d. *Jur. dot.* nequaquam tamen constante matrimonio l. 11. C. d. *Jur. Dot.* & in l. 9. C. d. R. V. ubi *Bart. Salicet. Castrens.* & alii *DD.* notant, uxorem durante Conjugio rem dotalem vindicare non posse. Nec obstat l. 3. C. d. R. V. vel *utilis* Vasallo 2. F. 8. *Directa* Rei vindicatio verò Domino ejusve hæredibus datur *arg.* l. 42. d. R. V. l. 12. §. fin. *Ad Exhib.* In quâ ab iis probari debet dominium & ex parte Rei possessio, alterutro non probatò Reus absolvendus est l. 4. C. d. *Edend.* *Treutlerus Vol. 1 d. 15. §. 3. Lit. C. negat cautelam* *DD.* in *Lege* fundari, ut Actor specialem exprimat causam quâ non probata ad aliam possit recurrere. Ea tamen nonobscure fundatur in l. 11. §. 2. & 4. & in l. 14. §. 2. d.

§. 2. d. *Except. Rei jud.* ubi dicitur: cum qui in rem agit non expres-
sâ causâ, omnes causas unâ petitione apprehendisse intelligi: & i-
gitur reo absolutô quacunque ex causâ præteritâ agit, obstabit Ex-
ceptio quod secus est, si adjectâ causa egerit. *Bachov. ibid.* Datur
hæc Actio contra eum qui rem nostram naturaliter vel civiliter pos-
sidet l. 3. §. fin. *Ad Exhib.* sive suo sive alieno nomine l. 9. d. R. V. &
contra omnem detinentem, cui facultas restituendi est d. l. 9. Veni-
unt in hanc Actionem omnes res corporales §. 1. d. *Act.* anima-
tæ & inanimatæ mobiles & immobiles l. 1. §. 1. l. 23. §. 5. d.
R. V. non tantum singulæ sed & Universitatis ut grex §. 18.
j. d. *Leg.* non tamen res commercio hominum exemptæ ut
sunt res sacræ, quoniam Episcopus vel œconomus res sacras jux-
ta l. 21. C. d. SS. *Eccles.* non jure domini sibi vindicat, sed ab alio
occupatas usibus Ecclesiæ asserit. Nec tignum meum alienis ædi-
bus junctum, quod quatenus ut pars ædium consideratum alteri ac-
quisitum videtur l. 6. *Ad Exhib.* l. 23. §. 6. d. R. V. hoc non vindica-
tur nisi ab eò qui sciens junxit, tanquam dolo deserit possidere,
non ad effectum traditionis sed ejus præstationis, quanti in litem
juratum fuerit l. 98. §. ult. d. *solut.* Concurrit autem hoc casu Actio
de tigno juncto l. 1. π. & βασιλ. *de Tign. junct.* Nec peculium
quod diversissimas planè res comprehendit, quæ singulæ vindican-
dæ sunt l. 56. π. d. R. V. His *Treutl. d. Disp. 6. VIII.* addit agrum mi-
litibus assignatum, sed rectè dicit *Bachovius* hanc limitationem esse
falsam quia utique miles, cui assignatus est possessione amissa eum
vindicare poterit, sed rationis est, ut non possit vindicare eum a-
grum pristinus possessor cui per assignationem illam militi factam
Princeps dominium voluit ademptum; quod ipsum clarè exprimit
Lex unica C. Theod. d. R. V. quæ abest à *Codice Justin.* cujus verba:
*Quisquis armata militiæ stipendiis communitus in solò publico vel
aedificio aliquod construxerit, vel septis quibuslibet spatia certa
concluserit. perpetuò jure & firmo dominio; eadem ex nostra gene-
rali auctoritate possideat, nec per subreptionem postea aliquis eadem
loca à nostra Clementiâ audeat postulare.* Duabus tantum Excep-
tionibus additis. Nisi miles ipse persuasor extiterit vel in alios
militum voluntate id translatum fuerit. Re ita in judicium deductâ,
ejusdemque dominio probatò judex Reum ad Restitutionem ejus
cum

cum omni causa l. 13. 20. d. R. V. partu, excepto partu ancillae §. in pecudū 37. j. d. R. D. l. 68. π. d. Usufr. in qua proponitur quæstio de jure fructuarii, cui non adversatur *l. autem 14. d. usur.* in quâ proprietatis ancillae legata est, & *fructibus* condemnare tenetur *§. etsi in Rem j. d. off. jud. l. 17. §. 1. π. d. R. V.* Si vero restituere non possit, siquidem dolo fecit ne possit, aut in id damnatur in quantum Actor in litem juraverit *l. 5. pr. §. ult. π. d. In Lit. jur.* aut in veram litem æstimationem prout Actor voluerit *l. quod si Possessor 71. d. R. V.* qui nec suas actiones ei cedere cogitur *l. is qui dolo 69. π. eod.* Sin culpâ indistinctè in veram litem æstimationem, & ei actiones ab Actore æstimationem consequente cedi debent *l. si culpâ 36. eod.*

V. Actio in Rem rerum incorporalium est Confessoria quâ Servitutem sive personalem sive Realem in Re alterius Nobis competere adserimus *l. 2. π. Si serv. vind.* Competit hæc Actio Domino *l. 2 §. 1. d. t. An Fructuarius* vindicare possit servitutem? Dissidere veteres Jcti inter se videntur. Pandectæ citant in hac quæstione Labeonem Nervam Marcellū & Julianum *l. 1. in pr. l. uti frui 5. §. utrum D. Si Usufr. pet. l. un. §. item Juliano D. d. Remiss.* quorum tres fuerunt Proculiani; cum Julianus contra fuerit Sabinianus. Quod fructuarius vindicare possit Servitutem probatur ab Ulpiano post Julianum in *d. l. un. §. item Juliano D. d. Remiss.* verbis: *Item Juliano placet fructuario vindicandarum Servitutum jus esse.* Quod vero non possit, scribit idem Ulpianus post Labeonem Nervam & Marcellum in *d. l. 5. pr. π. Si Usuf. pet.* verbis: Si fundo fructuario Servitus debeat Marcellus libro octavo apud Julianum Labeonis & Nervæ sententiam probat existimantium, Servitutem quidem eum vindicare non posse, verum Usufr. vindicaturum. Quidam inter has leges apertam agnoscunt pugnam, ita tamen ut prævaluerit negativa sententia Labeonis, Nervæ ac Marcelli; quam secuti fuerint. Ulpianus ac Justinianus Juliani opinionem contrariam referentes quidem non approbantes. Verùm rejectâ hac solutione *Galvanus diss. d. Usufr. c. 36.* Sapientum exemplo veteri vino seu falerno utitur i.e. *Vetustissimi Glossatoris distinctione* qua hanc controversiam dirimit, distinguendo duos modos vindicandi servitutem: ita nimirum, ut fructuarius nomine proprio nequeat vindicare Servitutem, procuratorio autem nomine possit. Proprio nomine vindicare nequit, is enim

enim habet vindicationem Servitutis qui est Dominus ipsius Servitu-
 tis, Domini effectus est vindicatio *l. in rem 23. in pr. π. d. R. V. l.*
Quintus 27. §. argento D. d. Aur. & Arg. leg. §. omnium & §. sic ita-
que j. de Act. Ideo Vindicatio Servitutis dicitur dari ei qui Domi-
 nus est prædii dominantis *l. 1. l. 2. §. 1. π. Si Serv. vind.* quoniam qui
 Dominus est prædii solet esse Dominus quoque Servitutis, quæ con-
 stituitur ab eò qui habet prædium *l. 1. d. Com. præd.* Quam ra-
 tionem primi omnium observarunt *Interpretes Græci βασιλικῶν*
lib. 16. Tit. 6. qui ad illud Ulpiani in l. 5. §. 1. verb. Non agit D. Si ususfr.
pet. Fructuarius non servitutem, sed usumfr. vindicare debet, ratio-
nem addunt. Soli enim Domino Actio Confessoria competit. Quæ
vero Vindicatio proprio nomine potest exerceri ab eò qui Dominus
est rei petitiæ, eadem potest institui procuratorio nomine ab eò qui
in iudicio illam petit tanquam domini Procurator, cum non agat
suum sed ipsius domini personam l. 1. in pr. & in f. D. d. Proc. Cu-
jac. 1. o. 16. Hottom. 2. Amicab. Resp. 16. Bronch. cent. 1. ass. 90. Treutl.
vol. 1. D. 16. §. 7. Lit. C. ibique Bachov. vel Negatoria quæ Servitutem
à Re nostrâ deberi negamus §. 2. j. d. Act. l. 2. π. Si Serv. vind. Aliis
 hæc placet sententia: *Negatoria Actione* prædii libertatem vindica-
 ri, quæ licet recepta sit, attamen non firmis nititur rationibus:
 Nam qui negat, non vindicat & vice versâ *l. 1. π. Si Serv. vind. vel*
ad al. pert. neg. Quod si vindicat prædii libertatem probare etiam e-
 andem oportet. Quicquid enim in intentione est idem etiam est in pro-
 batione *l. 2. π. d. prob. l. Actor. 23. C. eod.* De jure suo docere debet qui
 negatoriâ agit *l. si priusquam π. d. op. nov. nunc.* Quid igitur proban-
 dum? quærit Ant. Matthæus. *j. D. sp. u. §. 4.* Probat Actor. fundum
 servire desiisse vel quia Servitus remissa *l. si Si mihi 20. π. d. S. R. P.*
l. Si domus 21. π. d. S. U. P. vel quia amissa per tempus à Lege præfi-
 nitum *l. 4. §. ult. π. d. Usucap.* vel quia certum est aedes quibus ser-
 vitus debetur, Sempronianas esse non Sejanas *l. 4. §. competit π.*
Si Serv. vind. Hæ Actiones non à conceptione verborum *affirma-*
tiva vel negativâ sed à re ipsâ & sententia ita appellantur *l. 5.*
pr. π. Si Ususfr. pet. Confessoria Actioni exemplum subji-
 tur, jus non esse altius tollendi, & Negatoria jus non esse altius
 tollendi *§. eq. j. d. Act.* quæ exempla transposita non sunt. Est e-
 nim Servitus altius tollendi *l. 2. d. S. U. P.* quæ Confessoria vin-
 dicare

B

dicare

dicare potest. Negatoria non est prodita in controversiis rerum corporalium, quia corpora non vindicat qui ea tenet, cum sufficere ei debeat, quod possideat *l. 1. §. 6. π. Ulti possid.* Etsi maximè probaret rem non esse adversarii non tamen obtineret esse suam, cum possit esse tertii *l. 11. π. d. Jurej.* Excepto unò casu *§. 2. j. d. Act.* qui unus quis sit? quærent Dd. *Ant. Matthæus d. disp. 7.* ait nullum esse in Digestis, quia actio nunquam ultro possessori datur *l. 1. §. interdictum autem π. Ulti possid.* Varias opiniones collegit *Kultej. d. §. n. 46. Coras. 3. misc. 23.* Alii putant eum latere in *l. 9. π. d. R. V. Fachin. 10. contr. 85. in fin.* Nos nostræ in *Disp. 1. θ. 11. in fin.* propositæ sententiæ inhæremus ita tamen ut ob probabiles rationes neque aliorum à sententiâ *Antonii Matthæi* recedentium aliumque à *l. f. π. Si ing. esse dic. l. 12. π. d. Except. §. 1. 18. pr. D. d. prob.* diversum casum eruentium opiniones penitus damnemus, sed earum omnium tanquam probabiles, sententiæ *Antonii Matthæi* damnatæ præferamus.

VI. Actiones Reales & personales vel civiles sunt vel prætoriaræ. Civiles, quæ ex Legibus *XII. Tabb.* & causis à *Jure Civili* approbatis originem habent. Prætoriaræ sunt quæ ex *Actione Prætoris* & supplendi juris Civilis gratiâ inventæ sunt vel Reales vel Personales. Publiciana est Actio Prætorialis realis quâ vendicamus id, quod Nobis ex justâ causâ à non Domino b. f. traditum est & nondum usucaptum *§. 4. j. de Act. l. 1. π. § βασιλικ. d. Public. in Rem Act.* Realis est quia rem persequitur & contra quemvis possessorem datur ex dominio ficto; Nec obstat fieri non posse ut res aliena tradatur Actori extra vitium imprimis si alienator sciverit rem alienam esse, quia non omni tempore in publiciana bona fides requiritur *arg. §. 7. de Usucap.* Neque putandum ex formulâ quâ Reus cogitur dicere se usucepisse quod tamen non usucepit mentiri permissum; Quandoquidem formula ponit rem ad usucapiendum habilem & permittit Actorem esse in conditione usucapiendi, & propter bonam fidem perinde defendi possessorem ac si esset Dominus. Factum itaque & qualitas usucapiendi adest verè, suppletur tantum jus usucapiendi quoad actum secundum seu Actionem dandam si possessor interim re cadat apud alium existente *Mestert. d. just. Leg. Rom. l. 1. c. 10.* Datur hæc Actio quasi Domino etiam ei qui à minore vel furioso ignoranter emit *l. 7. §. 2. § 4. π. d. Publ. in Rem. Act.* non
vero

vero Domino *d. §. 4. j.* nisi in subsidium ob difficilem dominiū pro-
bationem quā ratione & simul in eodem libello rectè cum R. V. pro-
ponitur. *arg. l. 1. §. 4. π. Quod Legat. Gail. 2. o. 62. Bachov. ad Treutl.*
Vol. 1. Disp. 15. θ. 13. Lit. A. Ungep. Ex. 14. q. 4. Contra quemvis
possessorem non tamen contra verum Dominum, ubi cessat re petitio
l. 44. π. d. Cond. Ind. Dominium prævalet titulo *arg. l. officium 9. π.*
d. R. V. Non ad hoc Publiciana comparata est ut vero Domino
res auferatur *l. penult. §. ult. π. d. t.* Datur quoque contra possiden-
tem prò hærede, qui non habet titulum, cum petitio hæreditatis
contra possessorem prò herede detur *l. 9. π. d. H. P. Fachin. 1. cont.*
4. Ad hoc ut Dominus vel quasi declaretur quia Rei vindicatio &
Publiciana plerumque simul proponuntur licet enim libellus alterna-
tivus tanquam incertus regulariter de jure non valeat *l. 1. §. 4. d. In-*
jur. ubicunque tamen Actor probabiliter dubitat de Actione sibi
competente utrum author ipsius fuerit Dominus nec ne? potest cu-
mulare multa remedia alternativè; Nec est hujusmodi petitio ve-
rè alternativa, sed disjunctiva quæ in conditionem alterius extremi
resolvitur *Casp. Manz. ad §. 4. j. d. Act. Rescissoria est Actio Prætoria*
quā rescissa Usucapione petitur, ut à possessore usucapta restituatur,
quasi nunquam usucapta fuisset §. 5. j. d. Act. Ratio rescissoria dicitur
l. 28. §. fin. Ex quib. caus. maj. l. 18 C. d. Postlim. rev. quā rescindi-
tur usucapio jure perfecta *l. 35. in fin. π. d. O. & A.* Fit enim hæc
Usucapionis rescissio non speciali aliquò remedio seu decreto sed
eo ipso quod Prætor hanc Actionem rescissoriam dat *Cujac. 7. o. 31.*
Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 11. θ. 1. lit. B. Ungep. Ex. 14. q. 7. Datur
Domino vel ei qui Dominus fuit & stricto jure esse desit, quia hæc
Actio convenit cum R. V. & propter adjectam qualitatem aliud no-
men Actionis consequitur, quæ non perpetua est, sed intra annum
utilem competit *l. 35. π. d. O. & A.* qui hodie Constitutione Justi-
niani in quadriennium continuum mutatus est *l. fin. C. d. temp. in-*
integr. Rest. Ad persequendum pignus introductæ duæ Actiones E-
dicto Prætoris Revocatoria §. 6. & Serviana §. 7. j. Act. Revocato-
ria Actio datur Creditoribus ad revocanda ea quæ Debitores in frau-
dem Creditorum alienarunt, & hanc esse eandem cum Actione Pau-
lianâ docent *Bachov. d. Disp. θ. 39. Ungep. Ex. 14. q. 8.* Datur hæc Actio
Creditoribus deceptis, & eorum successoribus ad rem cum omni
causa

causa repetendam & quidem intra annum utilem, contra eum qui sciens Debitorem in fraudem Creditorum hoc facere suscepit, quod in fraudem Creditorum fiebat, & tam in fraudatorem seu debitorem ipsum, quam in eos eum quibus fraudationis causa debitor aliquid gessit *l. 1. in fin. §. ult. §. ult. π. Quae in fraud. Cred. Cujac. l. 12. o. c. 5.* Fit vero aliquid in fraudem Creditorum vel ex causâ onerosâ quô casu tenetur hoc Edictô tum si sciens & fraudulosè fecit, aliàs non tenetur Edictô hoc si fraudis est ignorans vel lucrativâ & tum tenetur quis sive sciat fraudem sive ignoret *l. pen. C. d. Revoc. iis que. Servian.* actio est quâ locator res coloni pro pensione expressè obligatas persequitur adversus quemcunque possessorem. Dicta est à Serviô Pratore qui eam introduxit & competit adversus quemcunque colonum *d. §. 7. j. de Act. & adversus Colonum partiarium der Coppeltheil hat* qui in certam quantitatem tertiam vel dimidiam partem fructuum qui nascuntur in fundo praestat secundum conventionis modum Domino *Clariss. Dnus Struve Syntagm. Jur. Civ. Ex. 24 §. 5. arg. l. 15. §. 6. π. Locat.* Non etiam adversus Inquilinum, cujus Prator non facit mentionem *Treutl. vol. 2. Diss. 1. §. 7. Lit. E.* Cum enim Prator videret Conductores Colonos quibus plerûq; res angusta Domi est non habere quod locatoribus suis loco pignoris commodè manciparent vel traderent idcirco modum invenit quo traditione etiam non facta fundorum Domini de mercede ipsis debita securi redderentur dando nim. Actionem Realem ex obligatione per nudam conventionem de rebus in vectis & illatis initam, qua res ita obligatas Domini à quocunq; possessore avocare easqve ad exolutam usq; mercedem retinere possent, modo expressè sint obligatae *§. 3. in fin. j. d. Interd. l. 4. in fin. pr. π. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. cont. Bronch. cent. 2. ass. 72 Ungep. Ex. 14. q. f.* Ad hujus exemplum introducta est quasi Serviana quæ est Actio Pratoria Realis quæ datur cuilibet Creditori contra rem tacitè vel expressè sibi obligatam possidentem ad possessionem illius rei consequendam, eamque donec ei de debitô integrè satisfiat vel retinendam vel alienandam. in hac necessariô requiritur 1. ut pactum vel Contractus aliquis praecesserit *l. 4. π. de Pign.* quia in se & sua natura est accessorium *l. 43. d. Solut. 2.* Ut extrema rectè se habeant ut alius possideat *l. 36. pr. d. R. V.* vel saltem detineat *arg. l. 9. d. R. V.* Et alius à possidente petat *§. 1. j. d. Act.* 3. Ut res pignori obliganda sit in commerciô *l. 1. §. 2.*

Quæ

Quæ res pign. & alienari non prohibita, ut emptionem & venditionem recipiat l. 9. §. 1. d. pign. 4. Ut persona necendi pignoris habeat potestatem. 5. Creditor teneatur probare jus in re legitime sibi fuisse constitutum l. 10. C. d. pign. Act. Datur omnibus quibus expresse vel tacite res pignori obligata est. Fisco l. 46. §. 3. π. d. Jur. Fisc. Mulieri quoad repetendam dotem l. un. §. 1. d. R. U. A. pupillis quoad bona Tutorum l. 20. C. d. Administr. Tut. Liberis ratione bonorum adventitiorum l. 6. §. ult. C. d. Bon. qu. Lib. l. 6. §. 2. l. 8. C. d. Secund. Nupt. Legatariis ad legatum consequendum §. 2. j. d. Leg. l. 1. C. Comm. d. Leg. Locatori quoad inuenta in urbanum prædium. l. 4. π. d. t. Creditori impensarum funebrium l. 43. d. relig. Redemptori captivi l. 12. §. 7. 12. l. 15. l. 21. π. d. Captiv & postlim. rev. Cessionario vel Emptori pignoris t. t. π. & C. d. Her. vel Act. vend. Alteri Creditori cui primus Creditor nomen sui debitoris obligavit l. 4. C. Quæ res pign. Datur contra possessorem vel detentorem rei oppignoratæ l. 10. §. 3. de pign. Jure Veteri in Creditoris arbitrio erat vel Reum principalem vel possessorem pignoris convenire l. 14 l. 24. C. d. pign. l. ult. C. d. O. & A. Hoc tamen hodie mutatum est Auth. hoc si debitor C. d. pig. Auth. Sed hodie. C. d. O. & A. Datur ad possessionis consecutionem & securitatem l. 6. C. d. prat. pign.

VII. Actio de constituta pecunia est Actio Prætorialis, quâ agimus contra eum, qui per nudum pactum constituit se soluturum id, quod ipse vel alius ex nudo pacto vel alia quacunque causa debebat. Requisita Constituti sunt, ut debitum aliquod præcesserit l. 1. §. 5. l. 11 pr. π. d. Const. pec. nec interest, ex quâ causâ vel jure, dummodo utiliter peti queat aut naturaliter debeatur. l. 1. §. pen. & ult. π. d. Const. pec. Non vero tenet Constitutum si obligatio tantum nudo Jure Civili ubi scil. obstat Exceptio perpetua l. 3. §. 1. b. t. 2. Ut promissio pacto citra Stipulationem facta sit §. 9. j. d. Act. Actio receptitia hac angustior fuit ratione personarum quia contra Argentarios tantum data, ratione vero rerum latior, sed hoc Justin. immutavit voluitq; ad omnem rem constitutam persequendam dari Actionem constitutoriam l. 2. C. eod. tit. ut verbum pecuniæ in hac materia nunc latissime pateat l. pecuniæ 178. d. V. S. Constituitur quibuscunque verbis Auth. Si quando C. eod. & per nuncium aut epistolam l. 14. §. f. π. d. Const. pec. certo loco & tempore l. 16. §. 1. d. t. Datur hæc Actio directa ei cui constitutum vel

Domino *l. Si vero 8. l. 5. §. ult. h. t.* aut patri in cujus potestate est
l. 7. h. t. item iis qui pro Dominis habentur, ut ei, cui quis bona
fide servit *l. 6. eod.* Utilis datur his pro quibus alii constituere: Pu-
pillo ex Tutoris, minori ex Curatoris, Municipibus ex Actoris vel
Syndici *l. 5. §. pen. π. eod.* Fidei Commissario ex heredis conventione
l. si post. 22. π. eod. Agetur in hoc, ut quod constitutum est fiat *l.*
qui autem §. 1. l. promissor Stich. 21. §. f. h. t. aut in id quod inter-
est promissor condemnetur *l. qui autem §. 2. d. t.* Actio de Peculio est
Actio Prætorica, personalis quâ petimus à patre vel Domino, ut
solvat pro filio & servo ex Contractu Nobis obligato quatenus est in
peculio: Est Actio personalis *arg. §. 10. j. d. Act.* degenerat in qui-
busdam in Realem *l. & ancillarum 27. π. d. Pecul.* Est hæc Actio tantum
Adjectio Actionum ex Contractu. Pater enim & Dominus nihil con-
traxerunt *l. eo 50. §. 3. d. Pecul.* nec tenentur Jure Civili *§. 1. j. d. perp.*
& *temp. Act.* nec ex merâ & strictâ, juris ratione sed intuitu æquitatis
ex Voluntate patris vel Domini non absolutâ sed limitatâ ratione
quantitatis concessæ in peculium. Datur ex causa Contractuum non
ex causis pænalibus *l. 58. π. d. R. 7.* nisi pœna pecuniaria *l. 3. §. idem 11.*
π. d. Pecul. Non in solidum sed quat. in peculio eat: Actori satis-
fiat, deducto tamen semper, quod ipsi qui convenitur à filio aut Ser-
vo debetur, quia prævenisse Dominus patere creditur *l. sed si 9. §.*
peculium π. d. Peculio. Actio in factum ex jure Jurando est Actio
Prætorica personalis quâ ipse qui juravit deberi propter juramen-
tum legitimè præstitum, petit ut id à Prætoris, præstetur vel adjudi-
cetur. Hæc Actio alibi utilis competere dicitur *l. sed si possessori*
§. ult. l. 29. π. d. Jurej. Alibi vetus *l. Si Duo §. Si quis juraverit l.*
Sed etsi §. Si petenti π. d. Publ. in Rem Act. quia novatur prior A-
ctio per Jusjur. *l. 26. §. ult. D. d. jurej.* Non obstant *l. Si duo §. Si*
quis juraverit & §. Marcellus π. d. Jurej. l. 7. §. Si petenti D. d. Publ.
in R. Act. Veniunt in hanc Actionem omnia quæ in pristinam *l. nam po-*
stea quam §. Si damnetur l. Sed si possessori 11. π. d. Jurej. nisi ea causa
sit quæ inficiando crescit in duplum *l. 30. pr. h. t.* Competit hæc A-
ctio non nisi ex juramento Voluntariò *Strauch. Dissert. 22. §. 4.* An
ex necessario? *Anton. Matth. sibi non constat, aliter sentit in A-*
nimadv. h. §j. aliter in Coll j. Diss. 9. §. 14. Recte vero sentiunt ii
qui negant ex judiciali & necessario, cum utrumque adhuc sequatur
senten-

Sententia Judicis l. 74. π. d. Jud. l. 34. §. ult. d. jurej. C. ult. ¶ d. jurej.
Actio Albi corrupti est prætoria personalis competens cuilibet de
populo. Album erat tabula dealbata in quâ palam præscribebantur
Edicta de quibus Magistratus jus dicere vellet seu tabulæ deal-
batae atris literis conscriptæ sive tabula publica T. T. π. d. Alb. scrib.
Prætoris perpetuæ Jctonis causa proposita, contra hujus corrupto-
rem datur pœna 500. aureorum l. 7. π. d. Jct. Quod si plures cor-
ruperint datur in singulos in solidum d. l. 7. etiam cum familia ali-
cujus album corruptit Cujac. 8. o. 20. Bronch. cent. 4. ass. 34. Pac. cent. 1.
q. 56. Actio de non vocando in jus parentem vel patronum est
Prætoria personalis quæ datur cuilibet de populo contra eum qui
parentem suum vel patronum sine venia Prætoris in jus vocaverit.
Hæc Actio pœnalis est in 50. aureos l. pen. π. d. In jus voc. Ratio
hujus non videtur esse quia invitati obtortô collô in jus rapiabantur,
obstat huic arg. l. 11. π. d. In Jus voc. sed potius æquitas cui convenit
ut obedientia & reverentia quam quis patri ac patrono præstare te-
netur l. 9. de Obscq. l. 6 l. 9. d. In jus voc. Actio contra eum qui in jus
vocatam vi exemit vel impediit abducendo vel retinendo eum qui
in jus legitimè vocatus venire volebat datur in id quanti ea res de
quâ controversia ab Actore jurej. æstimatur. Unde plures exem-
erint pariter ac si furtum fecerint in solidum tenentur, nec ex pro-
prio veroque delicto ex unius solutione cæteri liberantur sed hoc
obtinet si dolo damnum datum sit, secus verò si culpâ Salicet in
t. C. d. Cond. Furt. Datur hoc judicium hæredibus si inter sit l. 4. D. Ne
quis eum qv. in jus vo vi ex. Non datur in hæredem neq; post annum,
quia heres non tenetur nisi qua defunctum repræsentat, repræsentatio
vero in delictis quæ simpliciter delinquenti in hærent in personâ de-
functi cessat §. ult. j. d. Oblig. q. ex del. n. Differt ab hac Actione Actio
per quem factum erit quo minus quis in in judicio sistat t. t. π. de ea
per qu. fa. quo m. q. in j. S. Præjudicialis Actio dicitur & est quæ al-
teri Actioni facit præjudicium quâ decisâ simul aliæ quæstiones de-
cisæ & dijudicatæ esse intelliguntur; Hæc vero actiones quibus de
personarum statu agitur, in specie ita vocantur, quia pluribus quæ-
stionibus quæ à statu dependent præjudicium faciunt, & ab eorum
decisione multæ simul controversiæ expediuntur §. 13. j. l. 31. π. d. O.
G. A. Non obst. l. 1. §. 2. d. R. V. l. 31. §. d. Pro C. Ejusmodi præjudi-
cialis

cialis Actio una est; An aliquis liber? quæ Dominum inter & Servum
 intercedit *l. 14. π. d. prob.* Hæc Assertionum & Adsertorum necessi-
 tatem exigebat docente id ipsum lege *1. C. Th. d. Lib. Caus.* quæ cum
 seqq. tribus Constantini M. enixum tuendæ libertatis studium lucu-
 lenter ostendit, neque alio fine initium *l. 2.* facit his verbis: *Liber-
 tati à majoribus tantum impensum est, ut patribus quibus jus vitæ
 in liberos necisq; potestas permissa est, eripere libertatem non lice-
 ret.* A Justiniano vero assertiones sublatae *l. 1. & 2. C. d. Adsert. tol-
 lend.* Si is qui ad injuriam generis servit litigare nolit, & pater,
 & filius & cognatus pro eo litigat etiam invito. Servitus enim ad
 injuriam generis pertinet *l. 1. & 2. π. & βασιλ. d. Liberali caus.* æ-
 quum enim est in hoc casu quando quis in familiæ dedecus servit,
 licere quibusdam personis de statu ejus etiam invito eò litigare; ut
 puta patri, qui dicat se eum habere in potestate. Nam etiamsi no-
 lit filius licet patri de ejus statu litigare. Etsi eum non habeat in
 potestate patris tamen interest filium suum non subjici servituti. E-
 contrario licet filiis quoque suorum parentum libertatem defendere
 quia non modica filiorum ignominia est, si patrem servum habitu-
 ri sint. Cognatis etiam hæc facultas datur quoniam Cognatorum
 nostrorum servitus ad dolorem & injuriam nostram porrigitur sicut
 notatur in scholiis *ad d. l. 1. βασιλ.* Altera Actio est An libertus? quæ
 inter Patronum & Libertum propter obsequia intercedit, quæ Pa-
 tronus contra Libertum, qui se in genuum esse dicit, vel Libertus
 contra Patronum, qui Libertum eum esse contendit, utitur *l. 14. π.
 d. prob. l. fin. π. Si ingen. es. dic.* Tertia est Actio de partu agno-
 scendò quæ datur patri contra filium, se filium esse negantem, vel
 filio contra patrem *l. 1. l. 5. π. d. Lib. Agnosce. l. 9. & l. pen. π. d. Obseq.
 par. & patr. prest.*

VIII. Vindicationes dicuntur à vindicando i. e. asserendo Do-
 minio, quia rem vindicans assererat se istius rei esse Dominum.
 Condicere vero prisca lingua dicendo denuntiare, & condictio est
 in diem certum ejus rei, de quâ agitur denuntiatio, sicut enim Ro-
 mani bellum alicui populo denuntiantes seu illud per Fecialem aut
 Patrem patratum indicentes verbo condicendi utebantur *Liv. l. 1.* Sic
 etiam in bello civili solebat olim Actor Reo, qui ipsi ex Contractu
 vel aliundè erat obligatus ad aliquid dandum vel faciendum diem
 denun-

denunciare, quo cum ipso compareret coram iudice, quod voca-
bant condicere diem, & licet mos hic desierit non tamen desit
hoc nomen quò quandoque Actiones personales in genere veniunt,
tamen propriè ita appellantur illæ quibus dare facere oportere in-
tenditur §. 23. j. d. Act. Quales sunt Condictio certi quæ propriè &
specialiter dicitur summæ vel ex mutuò vel ex stipulatione *pr. j. d. V.*
O. Neque enim certior fieri potest designatio quam cum res fun-
gibilis certo numero pondere & mensura circumscribitur, vel qua-
lis quantaque sit certis obligationis verbis designatur. Conditio
ob causam dati est Actio in personam qua ob causam datum cau-
sa non secuta repetimus, causa vero secutâ perfectò nimirum & ab-
solutò Contractu repetitio cessat *l. 1. π. d. Cond. caus. dat. caus. non.*
sec. Causa ex quâ datur Conditio est Contractus innominatus do-
ut facias in quò duo aguntur alterum expresse alterum tacitè *l. 5.*
§. 1. ff. d. præscr. verb. Extra rem nulla est obligatio, neque aliqua
est si ob casum fortuitum causa non sit secuta nec per eum qui
accepit steterit quo minus causam impleret *l. 3. §. 3. pen. § ult. π. d.*
Cond. caus. da. c. non sec. Conditio ob turpem causam est qua repe-
timus datum vel ex causâ præteritâ jure tamen improbata vel ob cau-
sam futuram & bonis moribus contrariam, in quâ non dantis nec utri-
usq; sed solius accipientis turpitudine attenditur quando turpitudine dan-
tis & nõ admittitur Conditio quæ non conceditur suam alleganti tur-
pitudinem *l. 5. C. b. t. si quid meretrici detur, quæ quidem turpiter facit*
quia est meretrix at non turpiter accipit cum sit meretrix l. 4. §. 3. π.
b. t. d. Cond. ob turp. ca. l. 29. C. A. d. L. Jul. d. Adult. hæc sententia
displicet *D. Tho. 2. 2. q. 32. a. 7.* quia scortari turpe est, ideo turpe
quoque est peccati mercedem accipere, sicut turpe est accipere pe-
cuniam ut hominem occidat, quia occidere turpe est. Nec admit-
titur quando utriusque turpitudine si propter stuprum aut lenocinium
quid detur *l. 3. π. d. Cond. ob turp. caus. l. mercalem C. eod.* Sed da-
tur si causa sit accipientis, si dedi Tibi ne furtum facias vel occidas
vel Judici ut verè judicet *Mysing. 2. 0. 75. n. 7.* Idem verum est in-
teste cui datur ut verè deponat *Menoch. 2 arb. jud. cent. 4. cas. 310. n.*
1. § 4. hoc enim gratuito legum reverentia & Virtutis amore seu
officii ratione præstare tenetur; Ab Imp. Antonino constitutum ut
is litem perdat qui diffidentia justæ causæ in pecuniæ corruptione
spem negotii reposuit *l. 1. cum Auth. seq. C. d. pæn. jud. qu. ma. ju.*

C

Con-



Condictio indebiti datur ei qui per errorem facti solvit. *t. t. π. & βασιλ. d. Cond. Ind.* Condictio sine causa generalis est & datur adversus eum apud quem res aliqua sine causa est, competitque in specie in condictione chirographi vel fructuum à m. f. p. consumptorum *l. 2. § 3. π. & C. d. Cond. sin. c.* nec non *in l. 30 §. 2. d. Act. Empt.* Condictio furtiva non tantum odio furum sed & in favorem Actoris introducta quâ is intendit rem furtivè sublatam sibi dari oportere. Datur ei cujus res fuit cû subtraheretur nempe Domino *l. 1 l. 18 π. d. Cond. Furt.* adversus verum furem *l. si exfurtiva §. l. 10. l. 16. eod* qui videl. furtum fecit & rem contrectavit *l. 14 §. f. d. t.* adversus bonorum raptorem *pr. j. d. Vi Bon. rapt. d. l. 10.* adversus heredes ceterosque successores etiamsi non pervenit ad heredem *l. 9. h. t.* Diff. *Cujac. 7. o. 7.* Condictio ex Lege est Actio in personam quæ datur ex obligatione lege aliquâ novâ introducta, quia obligatio ex ratione Juris Civilis non satis materiæ & virium habet, ideo hæc Condictio novâ lege introducta est *t. t. π. C. & βασιλ. d. Cond. ex L.* Condictio triticaria est Actio personalis prætoria arbitraria quæ datur ad rem arbitrio judicis pro ratione locorum & temporum æstimandam, ac æstimationem nobis à rei debitore præstandam *t. t. d. Cond. trit.* In hanc quælibet res venit sive certa sive incerta præter pecuniam numeratam *l. 1 pr. h. t.* Condictio de eò quod certo loco dari oportuit est Actio prætorica quâ res certo locò danda alibi petitur habitâ ratione ejus quod interest præstitum fuisse. Quare si alibi agitur etiamsi certum in obligationem stricti juris sit deductum tamen incertum peti debet data judici facultate æstimandi quanti Actoris interest eò potius locò solvi *l. 2. pr. & l. un. pr. C. Ubi conv. qui cert. lo. prom. §. plus autem j. d. Act.*

IX. Actio Rei persecutoria est qua rem persequimur quæ ex patrimonio Nobis abest *§. 16. j. d. t. l. 35. d. O. & A.* veluti Actio in rem *§. 17. j. h. t.* Actiones ex Contractu ferè omnes *§. 17. d. t.* ubi additur particula *ferè* propter Actionem depositi quando scil. tumultus incendii ruinæ naufragii causa quid depositum est quo casu est mixta: Actiones ex delictò quæ duplicis generis; Vel enim persequimur ideò rem, quod alius facto suo Nobis ex patrimonio abstulit, vel propterea saltem, quod alter causam dedit facto suo, ne ad nos rediret, quod jam ex patrimonio nobis decesserat. Prioris generis ex delictò sunt condictio furtiva *l. 7. §. 1. d. Cond. Furt.* Actio rerum amotarum *l. pen. §. 1. d. Act. Rer. Amot.* Actio ex Interdictò *Und. Vi*

de Vi. l. 1. §. l. pen. π. Unde Vi. Posterioris generis Actio quod metus
 causa extra casum contumaciæ *l. 14. in pr. §. 1. Qu. met. ca.* Actio
 de dolo malo *arg. l. 18. 26. l. 17. §. ult. d. dol.* Actio propter alie-
 nationem iudicii mutandi causa factam *l. 4. §. 7. junct. l. 5. 6. 7. de Alien.*
jud. mut. c. f. Actio de eo per quem factum quo minus quis se in iudi-
 cio sistat *l. f. π. De eo per qu. f.* Non obstat *l. 1. §. 4. π. eod.* Actio Tri-
 butoria quâ coercetur Dolus Domini quo factum est, quo minus
 quod Servus debuit ex conventionem ad Nos perveniret *l. 7. §. ult. l. 8.*
d. Trib. Act. Actio in factum ex Edictò Ne vis fiat ei qui in possessio-
 nem missus *l. 1. pr. §. 3. π. Ne Vis si. ei qui in poss.* Non obstat
l. 1. §. 8. eod. Actio si mensor falsum modum dixerit *t. t. π. Si mens.*
fals. mod. dixerit. Pœnalis Actio est qua non persequimur id
 quod Nobis abest, sed aliud quid Vindictæ causâ *l. un. in fin. π. Si*
quis jus dic. non obt. Sunt autem Actio furti & injuriarum *§. 18. j.*
d. t. §. 7. j. d. Injur. Actiones ex quasi delictis *t. t. π. d. Oblig. qu. ex-*
qu. del. n. & quæ referuntur in *§. 13. j. d. t.* Mixtæ Actiones quædam
 sunt natura, quædam ex accidenti. Secundum essentiam mixtæ sunt;
 Actio Vi bonorum raptorum *pr. j. d. V. Bon. rapt. §. 19. j. b. t.* Actio
 L. Aquiliæ *d. §. 19.* Ex Accidenti fiunt mixtæ vel ob moram &
 tergiversationem supervenit qualitas pœnalis sive per inficia-
 tionem sive aliàs commissam, Actioni ex Testamento propter re-
 licta piis causis competenti *d. §. 19. §. ult. j. d. Oblig. quæ ex quasi*
Contr. Fiunt mixtæ quando Actioni rei persecutoriæ ex delictò ad-
 jicitur qualitas pœnalis vel ob inficationem vel ob contumaciam. Ob
 inficationem Actio L. Aquiliæ ex accidenti sit mixta & in duplum
 datur eò casu quò quis negat damnum injuriâ datum *d. §. 19.* Ob
 contumaciam & inobedientiam Actio quod metus causa *§. 27. j. b.*
t. l. 14. §. 1. §. Qu. me. ca. Est quoque Actio singularis quæ ab obje-
 cto & persona contra quam datur aliquando pœnalis pura, aliquando
 pœnalis mixta est. Sicut aliquando ob personam rei Actio natura sua
 in duplum, in simplum datur ut Actio Servi corrupti contra Uxo-
 rem *l. 14. d. Serv. corr.* Accidit etiam hoc in actione tigni juncti quæ
 merè pœnalis in duplum est quando datur contra eum qui sciens
 junxit *l. ult. d. tign. junct.* quando vero datur contra eum qui igno-
 ranter junxit, est in duplum mixta *arg. l. 98. §. fin. d. Sol. l. 23. §. pen.*
d. R. V. l. 1. §. ult. d. tign. junct. Ideo Actiones persecutoriæ & pœna-
 les quædam dicuntur in simplum *§. 22. j. b. t. l. 7. π. d. Jurid.* Pœna-
 les vero aliæ in duplum triplum vel quadruplum conceptæ.

X. Actiones in simplum concipiuntur vel quæ rem persequuntur & ex iis quæ personæ persecutionē habent nonnullæ, in quibus certa personæ Summa ita Lege comprehensa est, ut neq; dupli tripli aut quadrupli mentio fiat, veluti cum pæna constituitur in decem viginti vel quinquaginta aureos *l. 7. n. d. Jurisd. l. pen. π. d. in jus voc.* In duplum agimus veluti furti nec manifesti, damni injuriæ ex *L. Aquilia. Depositi* ex quibusdam causis. Item *Servi corrupti §. 23 j. b. t.* quæ est Actio personalis mixta pænalis in duplum quæ datur in eum cujus dolo malo, Servus alienus deterior factus est vel in corpore vel animo, veluti si ab altero inductus crus fregit, vel ejus fvasu pecuniam in aleam & luxum prodegit, aut si eum laudavit in malitiâ, non oportet laudandō augere malitiam *l. 1. §. 4. d. Serv. corr.* Et hæc directâ est Actio, utilis datur si quis liberorum uxorum familiæ animos corruerit, quia interest nostrâ animum liberorum nostrorum non corrumpi *l. 14. d. Serv. corr.* Nec non Actio ex testamento pro legatis ad pias causas relictis *d. §. 23.* In triplū agimus Condiotione ex Lege ratione sportularū Executoribus solutarum quæ competit contra eos qui majorem verâ æstimatione quantitatem in libello conventionis inferunt, ut hac causa viatores seu Executores ampliorem summam sportularum nomine consequantur *§. 24. j. d. t.* Sportulæ mercedes erant quas secundum proportionem pecuniæ petitiæ in modum salarii viatoribus litium solvere cogebatur reus, recepturus tamen si Actor succubisset. Et hæc Actio ex lege quia deficiente propria Actione, ex illâ lege quæ hoc statuit oritur. Quadrupli agitur veluti furti manifesti *§. 25. j. d. π.* Item de eō quod metus causa factum sit propter contumaciam non restituentis *l. 14. §. 3. Quod met. c.* Adversus eum qui pecuniam accepit ut alicui in iudicio per calumniam negotium faceret vel non faceret *§. 25. j. b. t. pr. π. d. Calumniat.* Condiotione ex lege adversus executores litium quod injuste à litigantibus extorserunt *d. §. 25. j.*

X I. Actiones bonæ fidei non tam à formulis quàm negotii ipsius qualitate ita dicuntur, quæ laxa seu libera Judici potestas tribuitur *§. 28. j. d. Act.* Actio Empti Venditi oritur ex Empto Vendito quarum illa Emptori hæc Venditori competit & utraque est civilis *l. 33. d. Edil. Edict. bonæ fidei l. 11. π. d. Act. Empt. & Vend. per-*petua transitoria & directâ. Venit in hanc Actionem quicquid inter contrahentes actum est, vel quicquid naturaliter inest. Insunt
vero

vero ut Venditor teneatur tradere rem unà cum fructibus & reliquis
accessionibus à tempore Venditionis *l. 3. §. 1. h. t. l. u. §. 10 h. t. l. pen. C. eod.*
Actione venditi agit venditor ut solvatur ei pretium unà cum usuris à
tempore rei traditæ *l. Julianus §. ex vendito 19. h. t. l. 5. C. eod. l. 18. §. fin.*
π. d. Usur. Actio locati Conducti oritur ex contractu locati conducti
quarū illa locatori hæc conductori competit, utraq; bonæ fidei *l. que-*
ro 54 π. Loc. Cond. In Actionem locati venit persecutio mercedis *l. que-*
ro 54. §. 1. l. cum Domini 56. l. pen. π. Loc. Cond. Conductor agit in hoc
ut sibi liceat re locata uti aut solvatur id quod interest *l. 7. 8. 9. Locat.*
Cond. Sub his continetur Actio Emphytevticaria, sicut sub N. G.
continetur Funeraria cujus qualitas est & adjectio quædam *l. 14. §.*
13. in fin. π. d. Rel. & Sumpt. Actio mandati directa datur Mandatori
& ejus hæredibus ad id quod interest si mandatum non sit imple-
tum vel perperam gestum, bonam eum fidem agnoscere pròq; bo-
ni Viri arbitrato versari ac diligenter fines mandati servare, man-
datarius debet *l. 5. l. 35. π. Mand.* Contrario judicio qui manda-
tum susceperunt experiuntur *l. si vero 12. §. Si filius 62. π. Mand.* ad
repetendum quicquid sumptus in exequendo mandato factum est *l.*
10. §. 9. l. 26. §. f. l. 27. §. penult. l. 45. §. 6. Mand. Actio prò Socio ul-
tro citroque directa oritur ex Contractu Societatis *l. 36. Prò Soc.* Est
rei persecutoria *l. 50. eod.* bonæ fidei *l. unde 79 l. rei communis 45.*
eod. daturque ut plurimum absolutâ Societate, nonnullis etiam in
casibus ea durante *l. actione 65.* in hoc ut super impensis fructibus,
& si quid dolo vel culpa damni datum est sententia feratur *l. 49. cum l.*
seq. π. Pro. Soc. Directa pignoratitia est qua debitor qui rem pignori op-
posuit soluta pecunia agit adversus creditorem ut rem reddat & damnū
in eâ dolo culpâve ejus datū resarciat. Datur hæc Actio soluta pecunia,
quia tum demū efficaciter moveri poterit in hoc ut res restituatur *l. 40.*
§. fin. d. pign. Act. una cum fructibus quos Creditor non lucratur sed
vel restituere volente debitore cogitur vel imputare in sortem *l. si*
pignore §. si prædo l. 1. C. d. distr. pign. & præstatione damni quod
Creditor in re pignoratâ dolo vel culpa dedit *l. Si rem alienam*
9. §. ult. l. Si servos 25. d. pign. Act. l. 10. C. eod. Contraria datur
Creditori qui in conventionem pignoris deceptus est, aut quid da-
mni sumptusve ejus rei gratia fecit. Ut si æs prò auro, ab affir-
mante aurum esse pigno. i oppositum sit *l. 1. in fin. l. Si quis 36. d.*
pignor. Act. aut res aliena *l. 9. l. 32. eod.* aut alio vitio laborans ut

inutili Creditori pignus existat *l. tutor 16. d. 1.* Si Creditor neces-
sarias impensas fecit & in similibus casibus *l. 8. l. 22. §. penult. l. 25.*
d. pignoratit. Act. Actio Depositi oritur ex Depositō in continenti
l. 1. §. 16. π. Deposit. quid enim habet Depositarius quod prætendat quo
minus restituat? vel non statim reddat? Datur adversus eum apud
quem res deposita est *l. 1. §. 7.* vel cujus nomine tanquam custodituri
deposita est *l. 1. §. 10 eod.* Est autem hæc Actio bonæ fidei *l. 1. §. 13. l. 28.*
eod. Rei persecutoria perpetua *l. 18. b. t.* & quæ propter perfidiam infam-
mat *l. 10. C. eod. l. 1. verb. deposit. π. d. his qu. not. inf.* Contraria competit
depositario qua impendia in rei depositæ custodiam facta repetuntur
l. 5. pr. l. 23. C. b. t. Actio tutelæ oritur ex quasi contractu *t. t. π. d. Tut. &*
rat. & contra pupillum contraria Tutelæ Actio *t. t. π. d. Contr. Tut.*
Act. Estque bonæ fidei Actio *l. 28. C. d. Administ. d. Tut.* Non
habet locum Actio directa tutelæ nisi finito Tutoris officio, sicut
nec Actio ex stipulatu rem pupilli salvam fore *l. 16. d. Tut & rat.*
distrab. Actio Commodati directa datur Commodanti adversus
Commodatarium & ejus hæredem *l. 17. §. si ex factō π. Commod.* ut
usu finito res commodata salva & integra restituatur. Nam si de-
terior reddatur reddi non videtur *l. 3. §. 1. d. t.* Nec solum petitur
res sed etiam omnia accessoria *l. 13. b. t.* Contraria datur Commo-
datario ad petendum quod sua interest si res commodata ante u-
sum completum auferatur *l. 17. §. Sicut l. 21. in pr. π. b. t.* Actiones
quoque familiæ Ericiscundæ & Comuni dividundo quæ rebus &
præstationibus constat & duplicia judicia vocentur sunt bonæ fidei,
quatenus meum peto, sunt reales sed quatenus ago ut dividatur
& debitum reddatur sunt personales *t. t. π. F. E. & C. D.* Præscri-
ptis verbis duæ Actiones æstimatoria & ex permutatione sunt bo-
næ fidei non vero omnes, quia alias frustra & tautologice istæ duæ
species nominatim expressæ essent. Æstimatoria est civilis quia
negotium civile unde datur gestum est & quidem bona fide
quare omnia hic locum habebunt, quæ in bonæ fidei judi-
ciis *l. 1. π. d. Æstimatoria.* Actio ex permutatione est præscriptis
verbis *t. t. π. d. Rer perm.* Hereditatis petitio est Actio in Rem *l.*
25. §. 18. π. d. H P l. 27. §. 3. π. d. R. V. qua heres hereditatem ab eo
qui pro herede vel possessore eam possidet sibi restitui petit *l. 9. π.*
d. H. P. Et hanc Actionem etiam olim pro b. f. judicio habitam
fuisse apparet ex *l. 42. π. d. mort. c. Don. l. 38. π. b. t.* quamvis de eo
dubitatum fuerit *d. §. 28. in fin j. & l. ult. C. d. H. P. Bachov. ad*
Trentl.

Trentl. Diss. 14. §. 4. lit. E. Actio de dote ex stipulatu est quâ mulier aut parens ejus dotem dissolutô matrimonio repetit *l. un. C. d. Rei Ux. Act.* Et hæc Actio b. f. effecta est transfusa in eam Actionem rei Uxoræ quæ & ipsa olim bonæ fidei erat *d. l. un. §. 29. j. b. t.* Actiones stricti juris sunt in quibus judicis potestas conventioni adstricta est, ut eam judicando excedere nequeat *l. 7. d. N. G. l. 99. π. d. V. O.* Veluti si quis ex stipulatione petat fundum, judex etiamsi per longum tempus alter cessavit in tradendô eô, tamen ulterius eum non condemnat, quàm ut tradat. Cur autem hæ actiones non sint bonæ fidei sed stricti juris ratio est in synnallagmate, quod operatur ut in illis laxa sit judicis potestas in his adstrictior *§. 30. j. b. t.* In illis usuræ & fructus à tempore moræ debeantur *l. 32. §. 2. l. 17. §. 3. §. 4. π. d. Usur.* In his fructus à tempore litis contestatæ *l. 38. §. 7. π. d. t.* Usuræ verò non aliter quàm si stipulatione dotis cautum fuerit *l. 3 C. d. Usur.* Arbitrariæ quæ separatam constituunt speciem *arg. §. 31. &* ab arbitro judicis dependent ita ut si huic satisfiat absolutio sin minus condemnatio sequatur *§. 31. j. d. Act.* In his Actionibus regulariter præcedit arbitrium seu jussus judicis & sequitur sententia vel absolutoria vel comdemnatoria tam in rem ut Publiciana Serviana quasi Serviana quam in personam, *l. 1. π. d. dol. mal. l. un. C. Ubi conv. qu. cert. loc. l. 2. Ad Exhib. l. 8. §. 1. π. Rer. Amot. l. ult. §. 1. Que in fr. Cred. l. 5. §. 1. l. 45. π. d. Edil. Edict.* In his enim Actionibus permittitur judici ex bonô & æquô secundum cujusque rei, de quâ actum est naturam æstimare, quemadmodum Actori satisfieri oporteat *d. §. 31.*

XII. Finis Actionis est ut rem quam persequimur consequamur. Consequimur autem regulariter solidum illius quod debetur; interdum vero non consequimur solidum idq; vel ob naturam ipsius Actionis institutæ ut si quis Actione de peculio conveniatur *§. 36 j. b. t.* & minus sit in peculio quàm in summâ debitâ; Vel ob beneficium personis Reorum tributum vel ob reverentiam & arctissimam conjunctionem marito à muliere vel nomine dotis vel alia causa convento, qui non in plus quam facultates ejus patiuntur condemnatur *§. 37. j. d. t. l. 20. π. d. Re jud. l. 8. C. Sol. matr.* Æstimatio vero quantum maritus fecere possit, quidve ad usum vitæ necessarium unde alatur relinquendum sit? facienda est ex persona nec non ex rebus seu ex patrimonio & ex tempore. In plebejo expendenda.

da industria valetudo qualitas opificii nam plerumque robur homi-
 nis ætas temporisque opportunitas consideranda. Ideo hoc locum
 non habet si dotis quantitati concurrant facultates ejus, vel conve-
 niatur maritus ex delicto ob res surreptas Actione rerum amotarum
l. 52. π. d. Re judic. Aut si maritus ex conventionibus post solum
 matrimonium celebratis condemnandus sit *l. 37. π. d. N. G. Donell.*
27. c. 9. Porro non condemnatur, ob reverentiam & pietatem de-
 bitam parens Liberis & Patronus Libertis §. 38. *j. b. t. l. 16. 17. π. d.*
Re jud. neque ob dignitatem personæ ut militibus *l. 16. l. 18. π. d. t.*
 Nec ob jus quoddam fraternitatis & vinculum Societatis Sociis §.
38. j. b. t. l. 63. π. Prò Soc. l. 16. π. d. Re jud. Neque ab commise-
 rationem ipsius debitoris, ut si condemnandus est, qui Creditoribus
 suis bonis cessit, in bonis postea sibi iterum acquisitis §. *ult. j. b. t.*
 Item si filius in alienâ potestate constitutus contraxit, postea eman-
 cipatus vel exheredatus conveniatur *l. 49. π. d. Re jud.* Donator
 quoq; condemnatur in quantum facere potest *l. 41. §. 1. π. d. t. l. 33. pr. π.*
d. Don. l. 49. l. 50. π. d. Rejud. Deniq; non consequimur solidum ob
 mutuam inter Actorem & Reum obligationem ut quando Actor Reo
 vicissim quid debet tunc vel per retentionem §. 39. vel per com-
 pensationem quid decedet, ut non tota quantitas petita possit exi-
 gi *l. 9. l. 18. π. d. Compens. l. ult. §. 1. eod.* Interest enim nostra potius
 non solvere quam solum repetere tum ob judiciorum moras tum
 ab inopiam debitoris sæpe Actione futurâ inani *l. 3. π. h. t.* Cum
 eò quoque qui Creditoribus ob adversos fortunæ casus naufragii pi-
 ratarum vel alterius alicujus infortunii bonis cessit sibi que consuluit
 remedio lugubri *l. 22. C. d. Admin. Tut contumelioso N. 135. pr. c. t.*
flebili l. 7. invidioso l. 5. miserabiliq; l. fin. C. Bon. Cess. Si postea
 aliquid acquisierit, quod idoneum emolumentum habeat, non
 debet in solidum damnari, nisi aliquis malitiosè bonis suis cesserit
 quod facere solent decoctores qui nequitia dolo luxu prodigalitate
 non solvendo facti sunt, qui hoc beneficio indigni censentur *Ord.*
Polit. j. R. G. d. A. 1577. t. 23. l. f. qu. in fr. Cred. Hi enim suo vitio in
 egestatem incidunt, qua penitus laborare debent *l. 31. π. Deposit.*
 Plerasque has Actiones confirmat Jus nostrum Prutenicum Provin-
 ciale *L. 2. T. 6. A. 14. §. 1. & seqq. L. 3. T. 1. A. 13. A. 15. & 16. L. 4. T. 1. A. 4. T. 3. A.*
2. & 3. T. 4. A. 2. T. 5. A. 10. & 16. T. 6. A. 16. & 17. T. 7. A. 4. T. 10.
A. 3. T. 11. A. 3. T. 12. A. 3. & 5. T. 17. A. 2. t. t. 20.



Kc 3004

ULB Halle

3


003 757 714



Bitte nach Ausleihe an
Frau Richter. 1
Sammelbd. ? oder
Inhaltliche Werte ?

von 125





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

20

M. N. J.
 CITATIO XX.
 CTARUM
 ESIUM
 ERTI & CON-
 DVERSI
 ctionibus ei que Titulis
 βασιλικ. & ἱ. respondentibus.
Quam
 RÆSIDE
 NE CHRISTO-
 R O Bolk /
 D. & P. Secund.
 ICUS Ketch /
 giom. Prusf.
 PONDENS
 blicè defendet
 TORIO MAJORI
 o. Isc. LXXXII.
 GIOMONTI,
 REUSNERIANO.

